Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

hunc ne rite philosophum a sciis appellabimus

Capitulum vigesimum primum de differentia inter intelligentem et opinantem Socrates Glauco

At glauco multi inquit huiusmodi et admirabiles tibi erunt nam et spectandi cupidi videntur tum discendi audiendique amatores ingeniosissimi profecto ut inter philosophos poni queant qui ad scientias exercitationemque consimilem sponte nunquam velint accedere. Verum aures ad omnes percipiendos choros mercede locantes bachanalia discurrunt nec urbanis solum sed ne hiis que in agris fiunt se possunt continere. hos omnes itaque tum ceteros hiis similes peritos artium philosophos dicemus Gla So Minime inquam preterquam verum persimiles Gla Quos igitur veros esse dicis So Noticie inquam veritatis amicos Gla Rectissime sed illud quo inquis So Ad aliud profecto difficile tibi vero explicare perfacile Gla Quidnam idem est So Hoc inquam cum turpe decoro sit adversum duo hec esse Gla Nam aliter inquis So Et postquam duo et unum quodlibet Gla Fateor So De iusto et iniusto igitur bono et malo ac speciebus omnibus eadem ratio ipsum quidem unum esse quodlibet actionum autem et corporum eorum que admiscentem comunione cum ubique appareant plura quodlibet videri Gla Optime So Hic igitur inquam eos divido quos modo dixi spectaculorum amatores aut operationum aut artium maxime cupidos tum eos de quibus sermo nobis est quos solos philosophos rite dicet quispiam Glauco Quo ais So Audiendi inquam ac spectandi cupidi voces suaves colores ac figuras omniaque ab istis facta complectuntur ipsius vero boni decus videre et amplecti impotens est eorum animus Gla Sic se habet inquit So At vero qui ad decorum ipsum accedere ac illud per se se potens